




**L**

Auda, Je-rú-sa-lem, **Dó**minum : \* lauda De-um *tu-um*,



**Si-** on. 2. Quóni- am...

*Omnes versiculi incipiendi sunt in chorda tenoris.*

2. Quóniam confortávit seras portárum tuárum : \* benedíxit fí-liis **tuis** in te.

3. Qui pósuit fines tuos **pacem** : \* et ádipe fruménti **sátiat** te.

4. Qui emíttit elóquium suum **terrae** : \* velóci-ter currit *sermo* ejus.

5. Qui dat nivem sicut **lanam** : \* nébulam sicut **cínerem** **spargit**.

6. Mittit crystállum suam sicut **buccéllas** : \* ante fáciem frígoris ejus quis **sustinébit**?

7. Emíttet verbum suum, et liquefáci-ent **ea** : \* flabit spíritus ejus, et *fluent* aquae.

8. Qui annúntiat verbum suum **Jacob** : \* justítias et judícia *sua* **Israël**.

9. Non fecit táliter omni natió-**ni** : \* et judícia sua non **manifestá-**  
**vit eis**.

10. Glória Patri, et **Fílio**, \* et Spíritui **Sancto**.

11. Sicut erat in princíp-**io**, et nunc, et **semper**, \* et in saécula sae-  
**culórum. Amen.**

*Et repetitur antiphona Omnes colláudant.*